



E. 22. num. 10a

DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA

QVA

SENTENTIAM

1726

30

DE

OBLIGATIONE

EX PACTO SPONSALITIO

QVOD VVLGO

Ha=Sort

VOCATVR

PRAESIDE



P. 369

IO. BALTHAS. WERNHERO, D.

POTENTISSIMO POLONIARVM REGI
ET ELECT. SAX. A CONSILII AVLAE ATQVE IVSTITIAE
FAC. IVRID. ORDINARIO, ET DECRETAL.
P. P. ETC.

PRO LICENTIA

SVMOS IN VTROQVE IVRE HONORES
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA

CAPESSENDI

D. XXIX. NOV. M DCC XXVI.

IN AVDITORIO MAIORI

HORIS ANTE ET POMERIDIANIS
ADVERSVS NOVAS OBJECTIONES

DEFENDET

IO. FRIDER. CLEMENT

ADVOCATVS IMMATICVLATVS.

WITTENBERGAE LITERIS VIDVAE GERDESIAE.

U... ..

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...



De
tant
inte
oblig
orian
do
non
Not
tion
T bo
utor
esse.
tia,
nem





§. I.

Frequentissima in foris Ecclesiasticis lites, de Obligatione ad matrimonium incundum, esse solent. Sigillatim nuper admodum in Consistorio Vitembergensi, a litigantibus personis rusticis, urgebatur distinctio, inter sponsalia minora, et maiora, *kleine / und grosse Verlöbniß.* Illa, reus negabat, obligatoria esse, sed tantum nudos tractatus complecti. Qua occasione, intellexi, agitatum esse quaestionem : *An et qualis, obligatio, ex pacto, quod vulgo das Ja : Wort appellant, oriantur ?* Namque reus in recentiorum quorundam doctrina, qui omnem obligandi vim eidem detrahunt, non ultimum causae suae praesidium constituebat. Notum uero est, quaestionem hanc duabus Disputationibus, quarum altera sub Praesidio *Illustris Viri, Dn. Thomasi, I.Cri Halensis,* altera eodem, quo ego nunc utor, Praeside, A. 1724. habita est, publice uentilatam esse. Ille pro negatiua, hic autem, pro aiente sententia, quod tale pactum efficacem obligationem et actionem, regulariter, et nisi aliud expresse actum sit, pariat,

propugnauit. Quam posteriorem sententiam, quae et communis, et in foro recepta est, cum et ipse amplectar, non inuilem fore operam, arbitratus sum, si argumenti loco, cum, more a maioribus accepto, disputandum esset, responsiones, et obiectiones, quas laudatus *Dn. Thomasius* ad memoratam Dissertationem nouissime, in libello Germanico, quem *Anhang zu denen Thomasi-schen gemischten Händeln*, inscripsit, attulit, modelle excuterem, nec esse, cur a doctrina communi dimo-ueamur, pro uirili ostenderem.

§. II.

Primo *Illustris Vir*, cum summam eorum, quae in singulis §. §. memoratae Dissertationis, continentur, recensuisset, p. 183. ita incipit: Nun bin ich zwar dem Herrn *Autori* der bissher *excerpirten* *disputation*, wie auch dem Herrn *Praesidi* derselben/ sehr verbunden/ daß sie mich sehr aufrichtig/ bescheiden/ und höfflich tractirt. Sie werden aber auch beyde verhoffentlich nicht übel aufnehmen/ wenn ich nunmehr mit gleichmäßiger aufrichtigen Bescheidenheit die Ursachen anführe/ warum ich nicht für nöthig geachtet/ dieselbe zubeantworten. Ich habe dieses zu thun weder deswegen un-terlassen/ daß ich durch dieselbe meines Irrthums wäre überführet worden/ vielweniger aus Hochmuth/ daß ich dieselben keiner Beantwortung werth geachtet/ sondern vielmehr deswegen/ daß ich dafür gehalten/ es würde meine Beantwortung nur Gelegenheit zu ferneren Streit: Scripfen geben/ sonst aber bey beyden Theilen keine erwünschte Wirkung haben/ indem/ dem unerachtet/ die Herren *dissentientes*, nebst ihrem vornehm-ten und grossen Anhang/ dennoch bey ihrer/ ich aber/ und

und die es mit mir haltende kleine Parthey/ bey meiner Meinung bleiben würde. Die ganze Praeindicial-Frage kömmt darauf an: Ob das Ja-Wort zu bloßen Tractaten/ oder zu wahrhaftigen und eigentlichen Versprechen zu rechnen sey? Vbi, statum controuersiae recte quidem formatum esse, apparet; si modo obseruetur, utrinque supponi, quod pactum des Ja-Worts / pure atque simpliciter, sine ullius conditionis expressione, sit initum. Sed non uideo, cur praieudicialis uocetur quaestio, quae principalis est, et sola totius disceptationis argumentum constituit. Pergit Dn. AVTOR: Ich hatte nach meiner hypothese das Ja-Wort beschrieben/ die Herren dissidentes aber eine andere definition desselben zum Grunde geleyet. Enimvero alia definitio, ut par erat, non tantum allata, sed & solide, puto, demonstrata est. Cuius probationis fundamenta, ut hoc loco summam ea repetam, huc redeunt. Probatur I. Quia pactum de futuris sponsalibus concipi non potest, nisi quod sit promissio de inuendis sponsalibus. Qui uero consentit in sponsalia futura, consentit etiam in matrimonium futurum. Ergo pacta de futuris sponsalibus promissionem matrimonii continent. Alterum ex altero necessario consequitur. Idem II. ipsum uocabulum, Ja-Wort/ quod in hoc negotio usurpari solet, manifeste indicat, quod nempe foemina, eiusque parentes, uiro, in matrimonium eam expetenti, annuerint. Promissa igitur sunt sponsalia, et promissum simul matrimonium. Probatur III. ex communi indole atque natura pactorum. Haec seruanda sunt, ex his naturalis obligatio et actio oritur. Ergo qui de futuris sponsalibus fidem dedit,

impleat promissum, et sponsalia celebret, ad ipsum coniugium ductura. Hinc recte Titius in *Specim. Jur. Eccl.* L. 4. c. 1. §. 32. Das Ja-Wort aber / und die Verlöbniß / sind verbindlich / und erfordern dasienige / was versprochen ist. Probatur IV. ex communi et quotidiano usu; quod in hoc negotio is, der das Ja-Wort verlanget / declaret, se foeminam, quam ambit, uxorem ducere uelle; quae dum annuit, wenn sie das Ja-Wort giebt / repromittit futuras nuptias. Probatur V. quia, secundum uulgata iuris principia, conditio non praesumitur, sed exprimi debet, et, in mente retenta, nihil operatur. Qui igitur in pacto des Ja-Worts / id intendit, ut obligari nolit, nisi cum foemina prius diligenter conuersatus sit, et eius mores penitus scrutatus fuerit, hanc conditionem expresse addere, non uero memoratum pactum, pure et simpliciter, inire debebat. Probatur VI. quia non facile foemina, eiusque pater talem conditionem, si expresse adiiciatur, admittet, et aequo animo feret. Atqui non potest dici negotio tacite inesse conditio, a qua communiter homines abhorrent. Tacita enim conditio non nisi duplici fundamento nititur, lege, uel indole negotii, cui tacite inesse dicitur. Lex hoc casu deficit. Natura autem negotii ex eo aestimanda, quod plerumque et communiter ab iis, qui illud ineunt, intendi, et fieri solet. Atqui foemina, eiusue Parentes, cum proci desiderio annuunt, wenn sie das Ja-Wort von sich geben / id communiter agunt, ut uinculum obligationis adstringant, et in futurum matrimonium consentiant. Igitur pacto des Ja-Worts / talis, qualem dissentientes uolunt, conditio tacite inesse nequit. Probatur VII. quia omnia iura huiusmodi

modi pactum sponsalium, quod obligatorium haud sit, ignorant, eiusque nec uola, nec uestigium, uel in Iure Ciuili, uel in Iure Canonico, uel in Constitutionibus Prouincialibus, occurrit. Probatur VIII. quia pactum a nudo tractatu formaliter differt. Illud est duorum pluriūue in idem placitum consensus; nudi tractatus autem talem consensum non inferunt; adeoque cum pacto, ad quod solum uiam sternunt, idemque praeparant, confundi haud debent. Probatur IX. ex communi consensu, et praxi Consistoriorum; Haec enim, ubi de huiusmodi pactis quaestio incidit, pro eorum ualiditate iudicare solent; quae si erroris communis coargui debeant, liquidis et firmis argumentis id agendum; qualia nondum haecenus in medium producta sunt. Probatur X. ex definitione sponsaliorum, quam pacto des Ja:Worts/ apprime conuenire, in §. 4. cit. diff. liquido ostensum fuit.

§. III.

Cum igitur, his argumentis, et rationibus, propugnata fuerit doctrina communis, facile quisque iudicabit, quid sentiendum sit de sequentibus *l. c.* uerbis: *Ich hatte nach meiner hypothesis das Ja:Wort beschrieben / die Herren dissentientes aber eine andere definition desselben zum Grunde geleet.* Imo uero ex dictis liquet, fundamenti loco, doctrinae communi, non substerni simplicem definitionem, sed complura rationum momenta suppetere, quae euincant, pactum des Ja:Worts ita definiendum esse, ut a sponsalibus, tantum intuitu solennitatum, non autem obligationis, et uinculi, differat. Contra ea *III. Autor*, quod pace Eius moriere liceat, ubi probandum, quod pacta haec meri tractatus sint,

sint, ad definitionem suam, ceu fundamentum, recurrit; in *Annot. sub (n)* uerb. *Quod probat tota definitio, haecenus lauius exposita.* Cum tamen, an illa recte habeat, in quaestione sit, adeoque, citra principii petitionem, probationis loco, urgeri nequeat.

§. IV.

Pergit *III. Dissentiens*: Ich habe meine definition durch den Ursprung von dem Unterscheid des Ja-Worts/ und der Verlöbniß/ zu beschreiben gesucht. Vt appareat, quo successu haec probatio tentata sit, ipsa uerba adducemus. Habetur autem illa in §. VI. *Moribus Germaniae communiter receptum est, ut, quo cautius et circumspectius societas illa indissolubilis inearur, praecedat sollicitatio nuptiarum, uel oblatio, die Anwerbung/ a sponso, uel eius parentibus, aut amicis, apud sponsam, uel eius parentes, aut cognatos tutoresue, tum sequatur assensus parentum sponsae, uel ipsius sponsae, das Ja-Wort/ tum post aliquod interuallum sponsalia, die Verlöbniß/ tandem subsequantur nuptiae ipsae, die Heyrath- oder Trauung.* Subiicitur deinceps statim §. VII. horum pactorum definitio. Atqui non sequitur: *Moribus Germanorum receptum est, ut pactum des Ja-Worts antecedit sponsalia.* Ergo hoc nullam obligationem parit; Ergo haec pacifcentium intentio tantum est, ut, *citra animum se obligandi, alter de alterius moribus certior fiat, uel etiam, ut tractent de pactis dotalibus, et tunc demum, si consiterit de morum ad societatem indissolubilem necessaria conuenientia, uel etiam, si de pactis dotalibus conuenerint partes, fidem, de matrimonio inuendo, interponant.*

§. V.

Equidem uideo, quod in §. VII. *Not. g. Dn. Autor rem sequentem in modum demonstrare aggrediatur.* *Haud*

Haud dubie, ait, ea fuit intentio primaria veterum Germanorum, qui haec pacta de futuris sponsalibus, adhuc in medio papatu moribus introduxerunt, ideo quod uiderent, societatem coniugalem ita indissolubilem esse, ut etiam ex grauissimis causis, excepto adulterio, coniugibus non recedere liceret a se inuicem, imo ex principiis iuris Canonici tum unice approbatis, coniugium ne quidem ob adulterium dissolui quoad uinculum. Est enim uirgo uel uidua moribus talibus praedita sit, quae aliis honestis personis uirilis sexus maxime placeant, facile tamen contingere poterit, ut propter diuersitatem temperamentorum huic uel illi sponso illi sint intolerabiles, et ex iis postea per societatem indissolubilem subsecutam odium plusquam Vatiniatum, ex communi conditione humani generis, oriatur, de quo testatur illud Poetae, quod in omnium ore est: Non amo te, Volusi etc. Accedit, quod regulariter homines, et potissimum sexus foeminaeus magis ad dissimulandum a tenera educatione adsuetus, in paucioribus illis conuersationibus publicis dissimulet mores, etiam non laudabiles, qui ita in continuata conuersatione paululum familiari sic dissimulari nequeunt, u. g. nimia auaritia, prodigalitas, ambitio, luxuria, inuidia etc. Eadem est ratio sexus uirilis, utpote qui pariter talibus moribus uel uitijs et haecenus dissimulatis, uel etiam honestis, sed a sponsae moribus (etiam honestis) ualde alienis, praeditus esse potest. Nam haecenus utriusque contrahentium par et aequalis debet esse conditio. Sed ubi, de hac ueterum Germanorum intentione, uestigium occurrit? Et unde probatur, quod pacta haec, in medio papatu, demum inualuerint? quod propter difficultatem dissoluendi matrimonialis uinculi introducta sint? Omnes haec circumstantiae, quibus tota probatio absoluitur, eius generis utique sunt, ut sufficiat, eas negari, cum iuxta omnes Logicae regulas,

B

ea,

ea, quae facti sunt, non praesumantur, et affirmanti demonstratio incumbat. Ad summum patet, hanc simplicem coniecturam esse, quae ne quidem ulla probabili specie se commendat. Prolixe enim ostensum, cur regulis prudentiae repugnet, per solennia pacta fores prociis ultro pandi, qui libere semper recedere queant, nec prius obligari uelint, quam familiari consuetudine uti, et interiora scrutati sint. Nemini facile persuadebitur, ueteres Germanos tam simplices fuisse, et famae filiarum tam negligentes, ut pacta admiserint, quae incertam ualde coniugii spem ostenderent, filibus autem, propter uarias fallendi artes, et ingenii humani inconstantiam, eoque dubium rei euentum, maximum praecudicium asserre possent.

§. VI.

Quae intentio quondam Germanorum, in medio patu, fuerit, non melius intelligi potest, quam si intentionem, quam hodie, in huiusmodi pactis in eundis, habere solent, expendamus. Nam utrobique eadem Lex Diuina, de indiuidua uitae consuetudine, per matrimonium contrahenda, utrobique eadem illius legis interpretatio, locum tuetur. Atqui inter mille exempla uix unum dari, putem, ubi pater, praesertim honestioris conditionis, uiro annuat, declaranti, se quidem in matrimonium sibi filiam eius destinasse, sed se prius obligari nolle, quam ad tempus cum ea familiaris conuersando, illius mores, temperamentum, uirtutes, et uitia, diligenter explorauerit. Sane huiusmodi periculosos morum exploratores prudentissimus quisque longissime a se submouebit. Quam uero conditionem, aperte ostensam, nemo facile aequo animo fert,

fert, ea nec tacite, ut supra dictum, negotio inesse potest. Neque enim paciscentes id tacite agere censerent, quod ab hominum genio, atque intentione, communiter alienum est. Eandem intentionem veterum Germanorum fuisse, tamdiu praesumi debet, quoad contrarium probatum fuerit. Quod hactenus nondum factum.

§. VII.

Rationes omnes, a *Dn. Thomaso* adductae, id tantum conficiunt, optandum esse, ut personae, arctissimam coniugii societatem initurae, mores ultro citroque perspectos habeant, eoque diffidiis, et rixis, quae inter coniuges, dissociatis eorum animis, quotidianae sint, quantum fieri possit, occasio praescindatur. Quod pium et salubre uotum esse, non abnuo; sed nego, pactum des *Ja-Worts* huic fini obtinendo, uel aptum, uel propterea a Germanis introductum esse. Compluribus rationibus demonstratum est, tot incommodis pacta, qualia *Dn. Dissentiens* supponit, laborare, ut Principi, si quis eo animo esset, omnibus modis dissuadendum sit, quo minus in eam sententiam legem ferat. Quamobrem, ut hodie, ita et olim, inter Germanos, talia pacta obligatoria, nec inter illa, et sponsalia, nisi intuitu solennitatum, discrimen fuisse, ex communi pactorum indole atque ualiditate, iudicari debet; cum aliud, nec ex Veterum monumentis, nec aliunde, ostendi possit. Vnde liquet, argumentum, quod *Ill. Autor*, pro firmanda definitione sua, ab origine discriminis, inter pacta de futuris sponsalibus, et ipsa sponsalia, repetit, et in quo omne praesidium causae suae constituit, lubricum ualde et infirmum esse; cum nec origo eorum,

nec intentio, qua distingui a sponsalibus coeperint, ullo modo demonstrari queat.

§. VIII.

Quodsi coniecturis, in hoc negotio, locus esse debeat, et mihi sententia dicenda, ex longè alio fonte discriminis huius originem arcessendam esse, crediderim. Constat, Germanos inde ab antiquissimis temporibus, nullum momenti cuiusdam negotium, siue lætum, siue triste, id esset, celebrare solitos, nisi ut simul, prout cuiusque patrisfamilias facultates permetterent, solenni conuiuio se mutuo exciperent. Inter negotia grauiora autem, sine dubio, sponsalia reputabant. Hæc igitur, inter personas, quæ non omnino paupertinæ fortis essent, aliter, quam mediante solenni conuiuio, celebrari, fas haud esse, existimabant. Quia autem hoc non semper paratum esse potest, inde necessario tempus, quo, per pactum des *Ja: Worts*/ fides de matrimonio ultro citroque datur, ab eo, quo festiuitas sponsalitia, cui demum uulgo nomen sponsaliorum, *Verlöbniß*/ impositum fuit, celebratur, distingui debuit. Vt hinc pacta de futuris sponsalibus, ab ipsis sponsalibus, non ratione obligationis, et uinculi, sed tantum intuitu solennium, atque festiuitatis, differant. Confirmat me, in hac coniectura, non parum mos, cuius in §. 1. mentionem inieci, hodiernum inter eos, qui ruri habitant, passim receptus, ut pactum des *Ja: Worts*/ die *kleine Verlöbniß*/ ipsa uero sponsalia, h. e. festiuitatem sponsalitiã, das *grosse Verlöbniß*/ appellare soleant. Cum igitur sola mentio, et repromissio, futuri matrimonii, sufficiens alibi habeatur, neque inter hoc pactum, et ipsas nuptias, alia solennitas intercedat, Germani, mul-

multiplicandis conuiujs intenti, nouum gradum, quo ad thalamum iretur, fabricarunt; ut primo agitentur tractatus, quibus nulla uis obligandi inest, tum simplex promissio, de matrimonio ineundo, quae das Ja-Wort audit, succedat; postea haec promissio, per sponsalia, solenniter celebrata, repetatur, et demum nuptiae, uelut ultimum complementum, sequantur. Saltem, nisi me omnia fallunt, haec, de origine discriminis, inter pactum des Ja-Worts, et ipsa sponsalia, coniectura mea, cum notissima Germanorum consuetudine nitatur, aeque probabilis est, atque ea, quae Dn. Auctori arridet.

§. IX.

Hinc facile colligi potest, quo numero habenda sint uerba, quae c. l. sequuntur: *Meine Herren Widersacher hatten auch diese meine Lehren/ mehr durch schlechten Widerspruch/ als durch gegründete Ursachen/ zu reuiren sich bemühet.* Iudicet aequus lector, an simplex contradictio sit, quae, generali pactorum ualiditate, communi usu, et intentione hominum, talia pacta ineuntium, praxi denique, in iudicijs, quotidiana, defenditur. Sed et nullum, puto, ex omnibus rationum momentis, quae, pro firmanda aduersa sententia, in medium Ill. Auctor attulit, praetermissum, aut non satis excussum, ostendi potest; contra potius ita omnibus satisfactum, ut, quid amplius desiderari possit, non uideam. Quod uero Dn. Thomasius addit: *Und also war es offenkahr/ daß der ganze Streit auff eine logomachie hinaus lieff/ id, nescio, quo pertineat.* Non enim in uocabulis tantum, sed in re ipsa, maximus utique dissensus est. Namque plurimarum causarum decisio ex eo dependet, utrum is, qui pure et sine conditione petiit, ut

communiter fieri solet, et impetrauit das Ja-Wort/ ualide obligatus sit, ad sponsalia, et nuptias celebrandas, an uero in terminis nudorum tractatum uersetur, ad eoque in eius arbitrio sit, utrum recedere, an progredi ad ulteriora uelit. Posterius uult *Ill. Autor.*, sed prior est nostra, eaque communis, sententia; quam et fori Ecclesiastici usus confirmat.

§. X.

Imo ipse *Dn. Autor* nullam logomachiam hic agnoscit; dum uaria loca ex *Annot. suis ad Lancellotti Instit. Iur. Can.* citat, unde responsio ad obiectiones allatas deproxi posit. Ita enim inquit: Und zweiffle ich nicht/das auch in diesen allegirten notis unterschiedliches anzutreffen sey/vermittelst welchen man die in der Wittenbergischen Disputation befindliche Einwürffe und contradictiones leichtlich beantworten könne. Sed age, uideamus, utrum *citatis locis* aliquid deprehendere liceat, quo fundamenta communis sententiae euertere possint. Et, ne quid forte praetermissile uideamur, *Ill. Autorem uerba ipsoz* sequemur. Ita uero Ille pergit; Die weil auch die distinction inter sponsalia de praesenti et de futuro fürnemlich in dem Päpstlichen Recht gegründet war / und die Canonisten durch ihre Erklärungen / und durch die falsche Lehre/ daß die Ehe ein Sacrament sey / dieselben mehr verwirret/ als deutlicher gemacht hatten; als hatte ich schon anno 1716. und also etliche Jahr vor der Wittenbergischen Disputation, in meinen Anmerkungen über des *Lancellotti institutiones iuris Canonici*, und des andern Buchs *gen. bis 16ten Titul*/ die vielfältigen durch das *Ius Canonicum* in Ehe: Sachen eingeführte Verwirrungen / und grobe Irthümer / ausführlicher / als von andern geschehen /

gezeigt; sürnemlich aber bey dem 10. 11. und 12. Titul die in meiner *Disputation vom Ja: Wort* hauptsächlich berührten *asserta* weiter ausgeföhret. Tum primo loco protocat ad *Not. 250. p. 780.* Hbi uero haec sola quaestio: *Virum matrimonium sit Sacramentum*, pertractatur. Simul etiam arcana politica, quae sub doctrina pontificiorum lateant, recensentur. Sed non apparet, quid illa quaestio, ad decidendam litem, de ualiditate nostrorum pactorum, conferre possit. Siue enim cum Pontificiis, matrimonium pro Sacramento habeas, siue illud ab eorum numero excludas, utrobique is, qui fidem de matrimonio ineundo dedit, eam seruare, et promissa implere tenetur. Nostrates, aequae ac illi, si ab adulterio, quod solum Christus excipit, recesseris, uinculum coniugii indissolubile esse, ex Lege Diuina, contendunt, ut hinc quisque grauem causam habeat, cur, in hac societate ineunda, caute et circumspecte se gerat, nec facile, praecipiti consilio, socium sociamue, cuius mores prius cognitos non habeat, sibi eligat. Vbi utique liberum cuius est, sibi ante omnia familiarare cum foemina, quam ambit, commercium, stipulari, ut, utrum sibi conueniat, nec ne, secum statuere possit; Sed enim uero, ut supra dictum, tantum non semper repulsam feret, qui non, nisi hac lege, spem nuptiarum foeminae e longinquo ostendet. Nec uero, uel character Sacramenti, uel saltem indissolubilitas matrimonii, nos subigit, ut in pacto des *Ja: Worts/* tacitam conditionem fingamus, a qua communis usus, et intentio paciscentium, abhorret. Si quis igitur pure et simpliciter, nulla, uel dotis, uel praeparatoriae conuersationis mentione facta, foeminam in matrimonium

EX-

experat, et haec pure atque simpliciter annuat, quod in pacto des *Ja:Worts* fieri solet, postea uero, sub obtentu nudorum tractatum resilire audeat, fidem datam aperte fallit, et dolose agit; Saltem pleraeque foeminae, earumque parentes, optima conscientia iurare poterunt, nihil tale sibi in mentem uenisse, cum memoratum pactum inirent.

§. XI.

Alter locus, quem *Dn. Autor* excitat, est *Not. 254. p. 790.* ubi uentilatur quaestio: *An etiam sponsalia sint Sacramentum?* Tum plures quaestiones, circa characterem, a Pontificiis matrimonio impressum, recensentur. Sed nihil inde, quod ad fulciendam doctrinam, de qua nunc agitur, faciat, exculpi potest. Cum ipsum matrimonium, iuxta genuinam hypothesin, haud sit Sacramentum, multo minus sponsalia in hunc censum uenire queunt; nihilosecius tamen pacta, quibus matrimonium futurum promittitur, ualida sunt, et hinc obligationem, atque actionem producunt; ut ab illis, priuato ausu, et inprimis altera parte inuita, resilire, nefas sit. Fluit hoc ex generali praeepto iuris Naturae, quod pacta seruari iubet, siue rationem Sacramenti habeant, siue non.

§. XII.

Insequitur *Dn. Autor*, et citat *Not. 283. p. 805. seq.* *Daß die sponsalia des Päbstlichen Rechts nichts anders/ als Tractaten über künftige Ehen wären / und also die Partheyen nicht obligirten.* Vbi uerum quidem est, quod sponsalia, proprie dicta, iure Canonico, tantum illa sint, quae *de futuro*, scil. matrimonio, dicuntur. Nam ea, quae *de praesenti*, iure Pontificio, audiunt, reuera ipsa

ipsum matrimonium, utut minus solenne, constituunt. Quod uero sponsalia, secundum canones, nudorum tractatum instar habeant, neque obligationem producant, gratis dicitur, nec solido fundamento demonstrari potest. Agnouit hoc iam dudum *Celeb. Dn. Bohmerus, ICtus Halensis, Iur. Eccles. Proest. L. 4. t. 1. §. 35.* ubi *Carpouium* reprehendit, quod *Chemnitii* doctrinam secutus, statuatur, *Sponsalia de futuro, non nisi tractatus de futuro matrimonio inferre, quo nihil absurdius dici possit.* Id quod in sequentibus, argumentis compluribus, demonstrat, quae, cum et nostra faciamus, huc recitasse iuuat. Primum est, quod in sponsalibus de futuro *Iuris Canonici fides pure detur, de matrimonio contrahendo, c. 2. X. d. sponsal. c. 5. X. qui clericat. uel nouent.* Qui uero, addit, utrinque pure, sine omni conditione fidem, sibi dederunt, de matrimonio contrahendo, plane non amplius subsistunt in nudis tractatum terminis, id quod etiam *Pontifex in cit. c. 2. exemplo societatis declarat.* 2) Quod poenitentia ecclesiastica frangentibus sponsalia de futuro imponatur, c. 3. X. eod. id quod ad tractatus praeparatorios applicari nequit, in quibus nulla fidei uolatio occurrit, quod tamen in sponsalibus de futuro fractis supponitur. c. pen. in f. eod. 3) Quod sponsalia de futuro hoc iure inducant impedimentum honestatis publicae. c. 8. X. eod. c. un. h. t. in 6. 4) Quod sponsalia haec dicantur uera et proprie dicta sponsalia, quod de nudis tractatibus dici nequit. 5) Quod obligationem efficacem inducant, c. 22. X. h. t. quod rursus alienum est a tractatibus praeparatoriis.

§. XIII.

Sed iam expendamus rationes, quibus *III. Autor c. 1.* sponsalia, secundum *Ius Canonicum*, obligatoria
 C
 haud

haud esse, propugnat. Vbi initio recte monet, ante omnia naturam horum sponsaliorum esse considerandam, id est, quatenus fuerit intentio spondentium, quod ducturi sint in posterum hanc, uel illam, in uxorem, et quod repromitterent, quod accipere in futurum uelint hunc, uel illum, in maritum; an nimirum per ista sponsalia firmiter obligari uoluerint, an uero alterius finis gratia, et cuius, ista sponsalia ratihabitionem praecesserint. Pergit: Si sponsalia fuissent obligatoria, quid opus fuisset subsequenti ratihabitione, per uerba de praesenti? Atqui ratio in promptu est; Quia ratihabitione, per uerba de praesenti, consensum matrimonialem, adeoque ipsum coniugium, infert. Per uerba de futuro promittitur, per uerba de praesenti autem perficitur, matrimonium. Inde uero non sequitur: Ergo promissio matrimonii obligatoria haud est, sed nudos tractatus continet. Vbi aliud, nec lege constitutum, nec moribus receptum, in arbitrio paciscentium est, utrum statim ad matrimonium progredi, an sponsalia eidem praemittere, uelint. Exemplum, ubi sine sponsalibus matrimonium statim contractum fuit, habetur in c. 9. X. d. sponsal. Alius est consensus sponsalitiis, alius matrimonialis. Ex utroque autem nascitur obligatio, et actio. Ille, ad connubium perficiendum, hic, ad officia, quae coniugibus incumbunt, praestanda obligat. Equidem haud nego, quod maxime intersit, non solum matrimonium inire uolentium, sed et ipsius Reip. ut societas uel plane non, uel saltem difficillime dissolubilis, non praecipitanter ab incautis inueatur, sed ut id, magna deliberatione praecedente et inquisitione in mores sponsi, et sponsae, fiat. Sed propterea opus non est, ut permittatur hominibus, se mutuo, circa tam graue negotium, decipere, et pacto des Jaz. Wort's afflin-

affingere conditionem, de qua nihil inter pacifcentes dictum, uel actum est. Non igitur ferendum, nec probari potest, fuisse sponsalia nihil aliud, quam tractatus de futuris nuptiis, seu super contractu matrimonii, per uerba de praesenti declarando. Fundamenta, superius a Dn. Böhnero adducta, longe aliud euincunt; et quod sponsalibus de futuro, secundum Ius Pontificium, nihil minus, quam definitio nudorum tractatum, qui nullam uim obligandi habent, conueniat. Sane hic merito desideratur consecutio. Sponsalia de futuro demum, per subsequencia uerba de praesenti, transeunt in coniugium; Ergo non sunt obligatoria, Ergo sunt meri tractatus.

§. XIV.

Progreditur deinceps Dn. Auzor ad remouendam objectionem, a B. Strykio allatam, cum ait: *Concedit B. Strykius de dissensu Sponsalicio sect. 1. §. 36. tractatus in nullo negotio iuris uinculum inducere, et tales tractatus esse, si sponsus sollicitet nuptias, uel se ad eas offerat parentibus, uel etiam ipsi sponsae, iuxta uulgatum: eine Anwerbung macht keine Verbindung; sed urget tamen, tractatus non esse sponsalia. Quodsi uero quis, ut fiat in sponsalibus, fidem alteri dederit, quod uelit illum accipere, tum iam nexum obligatorium adesse, cum ex omni pacto Iure Canonico et moribus oriatur actio, et si nulla stipulatio praecesserit. Haec B. Viri hypothesis, quae et communiter in foro recepta est, rectissime habet, et sponsalia, a tractatibus, accurate distinguit. Sed tamen circa eandem duo Dn. Thomaeus notat. Primo, ait, uerum est, non omnes tractatus de nuptiis sunt sponsalia, ut illa sollicitatio die Anwerbung; sed propterea non sequitur, Ergo sponsalia non sunt species tractatum. Enimuero nec Strykius c. l. ita colligit, sed argumentum suum desumit ex*

generali ualiditate pactorum, quae, iure Canonico, et moribus hodiernis, efficacem obligationem et actionem, producunt. Sed, hoc ipsum falsum esse, *Dn. Autor* secundo loco monet; idque probat exemplo pacti de emendo, uendendo, locando, conducendo etc. quae sint uera pacta, et tamen nullam actionem pariant. Vbi obiter obseruandum, quod *Ill. Autor* haec pacta, probationis, eiusdemque praecipuae, loco, urgeat. Nam et in sequentibus nullo alio argumento utitur, quam quod, a pacto de emendo, uendendo, desumit. Operae pretium fuerit, ulteriorem eius demonstrationem afferri, et, quid in recessu habeat, expendi. *Igitur, pergit, melius fecisset Pontifex, si in praesenti quaestione, simile de societate, quod re uera ad negotium sponsaliorum de futuro parum quadrat, omisset, et loco illius usurpasset simile de pacto emendi et uendendi.* Atqui uero Pontifex in *c. 2. X. d. Sponsal.* de promissione matrimonii agit, cui ad obligationem, et actionem, cum effectu pariendam, nihil deest, si pure et simpliciter, sine ulla conditione, facta est. Cum hac promissione contractus societatis quodammodo comparari potest; quippe qui et ipse solo consensu constat, ex eoque obligatio, et actio descendit; etsi in eo disparitas manifesta sit, quod societas, priuata contrahentium uoluntate, semper dissolui possit, sponsalia non aequae; quippe quae non aliter, quam publica autoritate, rumpuntur. Quod uero pactum de emendo, uendendo, ad praesens negotium nullo modo quadret, et in superiori Dissertatione solide demonstratum est, et ea, quae sequuntur, fusius ostendent.

§. XV.

Demonstratio III. Auctoris haec est : *In emtione, uenditione, inquit, plerumque futurus emtor quaerit uenditorem, ei que se offert ad emendum, uenditor uero spatium deliberandi petit. Hic est primus gradus tractatus. Huic similis est oblatio sponsi, die Anwerbung. Transeat haecenus instituta comparatio. Nam utrinque nudos tractatus subesse, et nondum aliquam obligationem nasci, in aprico est. Pergit Dn. Auctor : Sequitur alter gradus tractatus in emtione, pactum mutuum de emendo et uendendo, cui semper inest tacita conditio, si de bonitate mercis, et de quantitate pretii, conuenerit. Huic respondent sponsalia de futuro, seu pacta de ducendo et nubendo, cui semper tacita inest conditio, si de conuenientia morum utrobique, durante conuersatione honesta, per haec sponsalia impetrata, accuratius considerit, si de dote, dotalitio, donatione propter nuptias, de successione etc. prius conuenerit inter partes. Hic uero in eo, in quo similitudo quaeritur, maxima dissimilitudo occurrit. Quamdiu nondum adest merx certa, et pretium certum, emtio uenditio contrahi nullo modo potest, cum utrumque ad eius formam atque essentiam pertineat. Quoad igitur merx, et pretium determinatum, desunt, neuter aduersus alterum ad tradendum, uel praestandum, experiri potest ; cum certum actionis obiectum deficiat. At haec longe aliter se habent in pacto sponsalicio, quod Ja: Wort appellant. Quando uir puellam, pure et sine conditione adiecta, ambit, eademque, cum parentibus suis, annuit, wenn sie das Ja Wort von sich geben / nihil, quod ad essentiam et formam negotii pertineat, deest, perinde ut cum ipsa emtio uenditio perfecta et celebrata est. Igitur in pacto*

de emendo, uendendo, quamdiu in his finibus subsistit, semper substantialia emtionis desunt; sed in pacto nostro, pure celebrato, semper essentialia sponsaliorum, quae in eorum definitione occurrunt, adsunt. Nam exploratio morum, dos, dotalitium, successio etc. non ad formam, uel sponsaliorum, uel coniugii, pertinent, sed accidentalia sunt, quae non aliter necessaria habentur, quam si, per modum conditionis, disertis uerbis, adiecta sint. Accidentalibus, deficiente lege, non insunt negotio, sed exprimenda ueniunt. Vnde ab essentialibus, in emtione, ad accidentia sponsaliorum, nullum idoneum argumentum duci potest.

§. XVI.

Pergit *Dn. Dissentiens*: Sequitur iam tertio in emtione ipse contractus obligatorius. Huic respondet ratibabitio sponsaliorum, per uerba de praesenti, quae hodie nomine sponsaliorum de praesenti uenit. Hic duo notanda sunt. Primum est, quod, cum sponsalia de praesenti, iure Canonico, ipsum indissolubile coniugium inuoluant, non tam, cum emtionis contractu, quam actu traditionis, comparari debeant. Sponsalia, uel pacta sponsalitia, promissionem matrimonii continent, quae nondum ius in corpus alterius, sed uelut ius ad rem solum tribuit. At, ubi consensus matrimonialis, siue per copulam sacerdotalem, siue alio modo, lege, uel consuetudine introducto, declaratur, alter alteri corpus suum tradere, et sic uelut ius in re transferre intelligitur; ut ab eo tempore corporis usura mutuo permessa sit. Alterum est, quod *Dn. Thomaeus* existimet, ratibabitioem sponsaliorum per uerba de praesenti, hodie nomine sponsaliorum de praesenti uenire; cum tamen certum conclamatumque sit,

lit, sponsalia de praesenti, iuris Canonici, non nisi titulum ac nomen sponsaliorum, prae se ferre; re ipsa autem uerum atque indissolubile matrimonium completi. Quod in hodiernis sponsalibus, quae de praesenti uocamus, longe secus est. Vnde haec re uera sunt illa sponsalia, quae ius Canonicum de futuro dicit, nec ueri matrimonii rationem habent; quia tantum sponsalitia, non uero matrimoniali, consensu constant. Non enim, cum sponsalia incuntur, id agitur, ut personae desponsatae, maritus et uxor, fiant, sed tantum ultro citroque promittunt, quod in futurum tales fieri uelint. Nondum alteri in alterius corpus aliquod ius quaesitum intelligitur; sed, tempus nuptiarum expectari, par est. Ut hinc, in nostris sponsalibus hodiernis, luculentus quidem contractus obligatorius subsit; qui tamen ab ipso matrimonio longissime distat. Quare etiam consummatio matrimonii per coniunctionem carnis etc. non tam cum traditione et solutione pretii, in contractu emtionis, quam cum actuali rei uenditae, et traditae, usu, comparari debet. Ipsi enim traditionis loco, consensum matrimonialem esse, supra dictum.

§. XVII.

Insequitur *III. Autor c. l.* His uero iam suppositis, (quae tamen non supponi, sed probari, debebant) quo argumento decisio iuris Canonici impugnari poterit, dum statuit, contrahentes sponsalia, si uel mutuo recedere a sponsalibus uelint, uel una pars ea uelit ratihabere, altera nolit, id permittendum esse, nec partes ad implementum cogi debere. Sed hanc facultatem, a sponsalibus, altera parte inuita, prohibita, et sine iusta causa, recedendi ius Canonicum nullibi concedit; contrarium potius, argumento non uno,

uno, in superioribus demonstratum est. Itaque nihil circa decisionem Iuris Canonici desideratur, nisi quod, utriusque partis consensu, aequae facile, atque a contractu societatis, ab iis resiliari posse, in *c. 2. X. d. Sponsal.* dicatur. Nam et in sponsalibus suo modo locum tueretur essatum Saluatoris, *Matth. XIX. u. 6. Quos Deus coniunxit, homo non separet*; ut *B. Zieglerus c. 1.* rectissime monet. Neque enim ferendi sunt, qui, inter sponsalia, et alium contractum, nihil discriminis, intuitu uinculi, intercedere, atque adeo ab illis, utriusque partis consensu, promiscue recedi posse, autumant. Etsi enim sponsalia nondum sint ipsum matrimonium, uiam tamen proxime ad illud sternunt, et ius quaesitum tribuunt, ad incundam societatem, ex praecepto diuino, indissolubilem. Quippe rationis est, ut eius uinculi, quod Deus perpetuum, et indiuiduum esse iussit, promissio non temere, & sine ulla causa, a paciscentibus tollatur; cum autoritas diuina in nullo alio contractu ita interuenire intelligatur, atque in eo, quo fides, de foedere, cuius autor Deus peculiari ratione est, ineundo, ultro citroque data est. Hinc laudanda omnino Consistoriorum Praxis, quae promiscuam, et priuatam, sponsaliorum dissolutionem, ne quidem utriusque partis consensu, permittit, sed, causam semper ad Iudicem Ecclesiasticum deferri, et ab hoc ante omnia amicabilem compositionem studiose tentari, et tum demum, si haec locum non inueniat, sponsalia dissolui, iubet.

§. XIX.

Ex dictis liquet, frustra hic ad tractatus, frustra ad pactum de emendo, prouocari, cum in sequentibus

tibus demonstratio hunc in modum peragitur: *Quis diceret, emtorem et uenditorem futurum fidem uiolasse, si, praecedente pacto de emendo et uendendo, eoque serio, (ubi reuera uenditor quaerit emtorem aedium, et emptor aedes,) recedunt uterque a tractatibus? Quis diceret, quod hoc sit res mali exempli, cum iuxta prouerbiū: Das Haus ist seine / das Geld meine / etiam hoc fieri possit, et fiat quotidie, salua utrobique amicitia. Vterius, quis non iustissime irascereur uenditori, si diceret, se paratum esse ad uendendas aedes, pretium, quod postulauerit, esse iustum, das Haus sey in der Wahrheit so viel werth / si petat, ut iudex cogat reum, ut pretium hoc ipsi soluat, daß er dem wunderlichen Menschen den Strog = Kopff zu rechte setze. Aut si emtor similia urgeat, aduersus uenditorem, urgendo, se pretium iustum obtulisse, et uenditorem, ex mera auaritia, eo nolle esse contentum.* Comparationem enim illam sponsaliorum, cum pacto de emendo, ab hoc loco prorsus alienam esse, clarissime in superioribus, et in saepe cit. *Diff. Inaug.* demonstratum est. Irascendum potius foret amasio, uel sponso, qui, posteaquam fidem, de matrimonio ineundo, pure dedit, accepitque, deinceps hoc uiolatae fidei obtentu uti uelit, se mutasse animi sententiam, sibi non amplius placere puellam, et hoc sufficere debere, uel etiam, se sperasse ampliorem dotem, quam nunc inueniat. Annon iustissime huic regerat foemina: Cur non initio, cum nuptias meas, uel ipse, uel per proxenetam, sollicitares, hanc mentem declarasti? nunc, post fidem coniugii ultro citroque datam, post conuersionem, et consuetudinem diuturnam, nec nisi amantibus conuenientem, res amplius integra haud est; nec huiusmodi uoluntatis mutatio, sine

D

prae-

praeiudicio meo, atque contemtu, et graui imminutione spei nubendi, fieri potest. Paucissimis enim tali casu persuadetur, amoris innocui lineam non transcendisse personas, praesertim calidas, et in flore aetatis constitutas, quae, post pactum des *Ja: Wort*, diuturna, eademque interiori, consuetudine uitae, mutuo usae sunt. Ceterum, ad probandam thesin, quod, iure Canonico, a sponsalibus, etiam uni parti, altera inuita, recedere liceat, *Dn. Thomafius* adducit *c. 17. X. de Sponsalibus*; cum uero contrarium expresse habeatur in *c. 10. eod.* antinomiam hanc esse, contendit. Sed, ut eo confugiamus, opus haud est; quia laudatum *c. 17.* commode hanc interpretationem admittit, quod ibi iusta et rationabilis causa supponatur; qualis, etiam hodie inter Protestantes, ad sponsalia dissoluenda sufficit.

§. XX.

Nec uero in *Not. 306. p. 817. seq.* ubi de origine sponsaliorum de praesenti, quatenus a matrimonio distinguuntur, agitur, quicquam reperire licet, quod, ad obligationem pactorum sponsalitorum infringendam, ualeat. Sponsalia, proprie dicta, semper, et omni iure, a matrimonio differunt, quaecunque demum uerba, siue praesentis, siue futuri, temporis adhibeantur. Vnde sponsalia de praesenti, iuris Canonici, quae matrimonium inuoluunt, impropria sunt, et a natura sponsaliorum recedunt. Per sponsalia enim semper futurum, non praesens, coniugium promittitur; siue pure, siue in diem, aut sub conditione, incantur. Pura sponsalia, iuxta stylum hodiernum, de praesenti uocantur, et a matrimonio luculenter differunt. *Add. Pagenste-*

genſtecherus Sicil. ad Comp. Iur. Lauterb. Manip. 3. ad pag. 437.
 Sed, ut dixi, quamcunque ſententiam teneas, ſiue, quod benediſtio ſacerdotalis ad formam matrimonii pertineat, ſiue non, nihil per hoc, efficaciae pactorum ſponſalitorum, decedit. Semper enim ualidam promiſſionem continent, ſiue futurorum ſponſaliorum ſolennium, ſiue futuri matrimonii. Satis eſt, quod negari non poſſit, ſponſalia de praefenti obligatoria eſſe. Namque horum uim, pacta ſponſalitia, pure contracta, habere, pluribus oſtenſum.

§. XXI.

Quod *Not. 322. et 347.* attinet, ubi indicantur fontes, cur non ubique, in cauſis matrimonialibus, Proteſtantes doctrinam Canonistarum retinuerint, et ſecuti ſint, rurfus non uideo, quid inde praefidii, ad pactorum noſtrorum uim euertendam, peti queat. Sit ita, quod Ictorum multi, ſiue aſſectu erga *B. Lutherum*, ſiue eius autoritate, permoti, quibusdam Canonistarum doctrinis nuntium miſerint, indeque ſigillatim origo, hodiernae definitionis ſponſaliorum de praefenti, repetenda ſit, quid uero hoc ad rem facere, aut quale momentum habere poteſt, ad obligationem pactorum ſponſalitorum in dubium uocandam? Quod enim talia nudorum tractatum loco cenſeri debeant, ne quidem iure Canonico, ut oſtendimus, cautum eſt. Neque intereſt, utrum hodie ſponſalia, in pura, et non pura, an uero in ea, quae de praefenti, et de futuro, dicuntur, diſtinguas. Tota diſſerentia in eo conſiſtit, quod hodie ſubintelligendum ſit uerbum: *tempore*; Canonistae autem ſubintelligant uerbum: *matrimonio*. Quia nempe, in ſponſalibus de praefenti,

ipsum matrimonium contrahi, et praesens esse, uolunt. Et quamuis fatendum sit, quod Canonistae, in distinguendis sponsalibus, de praesenti, et de futuro, non solis uerbis inhaereant, nemo tamen negare potest, definitiones *Megalandri Lutheri*, longe planiores esse, et sinistris interpretationibus minus obnoxias. Ut hinc causam habuerint *ICTi* Protestantes, cur potius *B. Lutherum*, quam Canonistas, in hac doctrina, imitarentur; nec, uel affectum, uel autoritatis praeiudicium, huic imitationi causam dedisse, uero simile sit.

§. XXII.

Idem iudicium ferendum est de *Not. 353. p. 845. seq.* ubi quaestiones agitantur: *Virum matrimonium sit Iuris Naturae praeceptum, an permissum? Virum praeceptum Iuris Naturae sit affirmatiuum, an negatiuum? Virum seruatorum matrimonia, ex Iure Naturali, an ex Iure Ciuili publico, deriuari debeant?* Sed nullum ex his quaestionibus argumentum ad causam, de qua nunc agitur, instruendam, desumi potest. Ad ultimum in subsidium uocatur *Not. 362. et 366.* Vbi fundamentum decisionis Papalis, quae habetur in *c. 26. X. de Sponsal.* examinatur, et recte ostenditur, quod eo casu, ubi quis, sine animo matrimonium contrahendi, talem intentionem simulat, et, mutato nomine, cum foemina concumbit, uerum matrimonium contractum censei debeat; quia nempe obligationes, quae ex pactis et contractibus ueniunt, aestimari debeant ex eo, quod, siue uerbis, siue aliis signis externis, aut etiam factis declaratum, et actum est; cum alias, sub obtentu deficientis consensus interni, quaeuis pactiones facillimo negotio, euertere possent. Tantum uero abest, ut hinc aduer-

aduersus nostram, de pactis sponsalitiis, sententiam, et remouendas obiectiones, fundamentum depromi queat, ut potius, per illam doctrinam, quae rectissime se habet, non parum adiuuetur. Nempe qui foeminae nuptias pure, et sine conditione adiecta, sollicitat, *wer die Verheirathung thut* / expresse prae se fert animum, ineundi cum illa matrimonium; quando igitur ab hac oblatio bona fide acceptata est, hoc praetextu ille retrocedere nequit, quod sibi tractatus tantum in animo fuerint, quod nondum decreuerit, eam uxorem ducere; quod prius, per honestam conversationem, mores eius penitus explorare uelit. Annon et hic ualebit Iuris Naturae regula, quae omnium obligationum, ex conuentionibus, fundamentum constituit, quod in uita ciuili, et societate humana, id quisque censeatur uelle, quod signis externis expressit, licet reuera nolit. Promisit simpliciter, se foeminam, quam ambit, uxorem ducere uelle; ergo promissis stet, et eam ducat. Sane, si hic internis destinatis, quae a signis externis abeunt, indulgendum esset, non tantum quaeuis sponsalia, sed ipsa etiam matrimonia, eludi possent. Semper enim in promptu futurus esset idem obtentus, cur recedere a sponsalibus, uel coniugio, quis posset; quod nempe non habuerit animum, societatem matrimonialem simpliciter ineundi, sed hanc conditionem tacite supposuerit, si alterius mores sibi probarentur. Non uideo solidam diuersitatis rationem, quae hic intercedat. Et est haec nuda, regulae interpretationis, quam ipsa lex naturae inculcat, ad factum applicatio.

§. XXIII.

In sequenti §. libelli Germanici Dn. Autor ad Disputationem, in Academia Ienensi Mens. Dec. 1724. habitam, prouocat; in eaque sententiam suam, breuiter quidem, sed solide, defensam esse, ait. Vt appareat, in quo solida haec defensio consistat, ipsa laudatae Dissertationis uerba adducamus. Ita uero illa, prout a Dn. Dissentiente citata sunt, habent: *Si rem penitius inspicias, meo iudicio, omnino nihil egit: (Autor scil. Diss. Inaug.) negat enim, inter pacta de emendo, et haec, rationis paritatem, nec tamen perpendit, in hisce tractatibus constitutionem dotis, donationis propter dotem, reliquarum rerum proponendarum, eodem plane modo, ad ulteriorem conuentionem reseruari, ac in illis constitutionem certi pretii, pro re uendita soluendi.* Manifestum est, nullam plane Disputationis Halensis defensionem hic asserri, quam a comparatione pacti sponsaliti, cum pacto de emendo, desumtam. Aliud argumentum, aliud solidae, ut Dn. Dissentiens uocat, defensionis fundamentum, ne commemoratur quidem. Atqui abunde demonstratum est, hoc simile, in eo ipso, in quo comparatio instituitur, prorsus dissimile, et a scopo alienum esse. Hinc, quando dicitur, *constitutionem dotis, donationis propter nuptias, et reliquarum rerum proponendarum, eodem plane modo ad ulteriorem conuentionem reseruari, ac in illis constitutionem certi pretii pro re uendita soluendi;* id quidem bene habet, et admittendum; cum in pacto des *Ja: Wort*s haec mens expressa est, quod prius, quam quis obligetur, res quasdam, quae dotem, aliasque circumstantias, concernant, proponere, et simul interim mores foeminae penitius explorare uelit. Si enim foemina, eiusque parentes, talem

talem conditionem approbauerint, nemo dubitat, in meris tractatibus, utroque citroque haud obligatoriis, partes uersari, et, quemcunque exitum res habitura est, foemina, eiusque Parentes, iustam querendi causam non habent; cum semper ipsis occini possit uulgatum illud: *Volenti non fit iniuria*. Sibi imputent, quod, incerta spe ducti, procum sub hac lege, in consuetudinem et commercium receperint. Discant in posterum cautius mercari, et ab huiusmodi secretis, morum, et temperamenti, exploratoribus sibi caueant. Quodsi autem, in memorata *Disp. Jenensi* is uerborum sensus sit, quod in pacto des *Ja: Wort*/ huiusmodi conditio tacite subintelligenda sit, perinde, ut in pacto de emendo, aperte supponitur id, de quo tota lis est, et quod probari debebat. Adeoque patet, hanc aduersae sententiae defensionem, infirmam ualde, uel potius nullam esse, cum non nisi thesin simpliciter repetat, sed nullam plane eius probationem addat. Et tamen putat *Ill. Dissentiens*, daß dadurch seine Disputation kühlich/ aber doch gründlich/ vertheidiget worden.

§. XXIV.

Pergit: Und gewiß mich hat von Herzen gewundert/ daß der Herr Autor dieser Disputation/ und auch der Herr Autor der bey dem/ in letzten §. angeführten Consistorial-Urtheil/ beständlichen *rationum decidendi* den Unterscheid zwischen dem *Ja: Wort*/ und einem pacto de emendo, als eines von den fürnehmsten Gründen/ wieder meine Meinung zu gebrauchen/ sich nicht gescheuet/ da ihnen doch/ als gelehrten Leuten/ auch aus der Logic, hätte bekannt seyn sollen / *quod exempla et similia non probent*,
sed

sed illustrent, und daß diese Erläuterung deswegen nicht sofort betrüglich sey / wenn schon diese Exempel/ oder Gleichnisse/ nicht in allen und jeden Umständen/ mit derjenigen Sache / die man dadurch erläutern wollen / überein käme. Non excidissent, puto, haec *Dr. Thomasio* uerba, nisi legum, quas disputantes semper ante oculos habere debent, parum, quod illius pace dixerim, memor fuisset. Inter illas principem locum tenet, ut alter alteri non affingat, quod nunquam ipsi in mentem uenit. Vbi uero, in tota Dissertatione, quam carpit, eius rei uel uerbulum occurrit? Vbi discrimen, inter pactum de emendo, et pactum sponsalium, argumenti et fundamenti loco, ad impugnandam eius sententiam, urgetur? Tantum abest, ut eo, tanquam ex praecipuis fundamentis uno, als eines von den fürnehmsten Gründen, utamur. Vbicunque pacti de emendo mentio iniecta, eiusque dissimilitudo, cum pacto des *Ja: Worts*/ inculcata, et discrimen utrinque palpabile redditum, id non alia intentione uel factum, uel fieri omnino potuit, quam ut dissentientibus extorquerentur arma, quibus se inprimis tueri solent. In uniuersum enim *Ill. Vir*, et, quicumque cum ipso sentiunt, hoc solo argumento nituntur, quod pactum des *Ja: Worts*/ ea intentione a Germanis introductum sit, ut, quia matrimonium est societas indissolubilis, pacifcentes se mutuo, citra ullum obligationis uinculum, penitus cognoscere possint. Deinde hanc suam hypothesein, exemplo pacti de emendo, illustrent. Sicuti igitur illa intentio, quae allegatur, illa origo, ad quam prouocatur, facti est, et haecenus nondum probata, idque regessisse, si omnes aliae rationes, quae tamen,

tamen, ut uidimus, complures dantur, deessent, uel solum sufficeret, ad argumentum illud diluendum, ita palpabile cuius est, omnia, quae de pacto emendi, uendendique, a nobis dicuntur, eo pertinere, ut demonstretur, hoc simile prorsus ab instituto alienum esse, et hinc dissentientes perperam et incassum eodem uti. Omnes Logicorum regulae ostendunt, simile in eo tertio ad minimum, ad quod illustrandum adhibetur, cum altero conuenire debere. Sed hic, inter pactum sponsalitiū, et pactum de emendo, nulla similitudo, nulla conuenientia, ex aduerso potius, ut prolixè demonstratum est, omnimoda disparitas, atque dissimilitudo, occurrit. Equis non uidet, in rationibus decidendi etiam, sententiae, a Consistorio Vitembergenſi, latae, annexis, tantum remoueri obiectionem, a pacto de emendo, defuntam; non uero id agi, ut per demonstrationem dissimilitudinis, quae utrinque subest, thesis nostra, tanquam primario fundamento, probetur et fulciatur; quippe quae illo praesidio opus omnino non habet. Recitabo ipsa memoratarum decidendi rationum uerba, quatenus huc pertinent, ut quisque intelligat, uerum esse, quod dixi. Ita autem illa habent:

Obwohl einige Rechts- Lehrer zu behaupten suchen / daß auch das Ja- Wort / wenn gleich solches wirklich gegeben / und Dinge darauf gewechselt / weil es nur ein pactum de futuris sponsalibus sey / für keine Ehe: Versprechung, oder Ehe: Gelöbniß / zu halten / sondern / ad exemplum pacti de emendo uendendo, iedem Theil / nach Gefallen / davon wieder abzugeben / frey stehe zc. Diß weil aber durch die Meynung / daß durch das Ja- Wort / wenn solches pure gegeben / keine obligatio contrahiret werde /

E

werde / der *efficaciae pactorum* zuwider / auch es damit eine ganz andere Bewandniß hat / als mit dem *pacto de emendo uendendo*, in mehrerer Erwegung / daß bey diesen das *objectum* und *pretium*, so ein *essentiale emtionis uenditionis* ist / noch nicht determiniret / bey dem Ja = Wort hingegen / da selbiges / wie hier / ohne einige *conditio* ertheilet / kein wesentliches Stück eines *pacti obligatorii matrimonialis* ermangelt / *x.* Quis non agnoscit, et uidet, in his decidendi rationibus, tantum respondere ad exemplum *pacti de emendo uendendo*, in rationibus dubitandi, allatum, et quod hoc simile prorsus dissimile sit, nec in eo tertio, quod dissentientes uolunt, applicari possit, ostendi. Liquet igitur, id tantum actum esse, ut demonstraretur solide, simile *pacti de emendo ad rhombum* haud quadrare, adeoque melius facturos, qui ab illo prorsus abstineant, quam qui ad illud subinde, ut fieri solet, prouocent.

§. XXV.

Descendamus nunc ad ea, quae III. Autor in sequentibus urget. Ait: Zudem so sind die *differentien* / die der Herr Autor der *disputation* §. XI. et XII. zwischen dem *pacto de emendo*; und dem Ja = Wort / vorgiebt / aber: mañ entweder falsche *praesupposita*, oder die *application* derselben ist falsch. Videamus, quomodo haec asserta sua probet. Ita uero pergit: Denn gleichwie das *pactum de emendo*, von einem künftigen Kauff handelt / also handelt das Ja = Wort von einer künftigen Verlöbniß. Hoc admitto; si per uerbum, Verlöbniß / intelligatur *solemnis*, datae iam *fidei*, de *matrimonio* ineundo, *repetitio*; sed sic, cum *pacto de emendo*, nihil omnino commune habet; neque enim *contractus emtionis*

emtionis, simplex repetitio conuentionis, antea ini-
tae, uocari potest. Sin autem uerbo: Verlöbniß/
uum negotium, quod nunc demum obligationem pa-
riat, indicetur, negatur assertum, et sic ab affirmante,
probari debet, quod haecenus nondum est factum.

§. XXVI.

Subiicit: Und wenn ferner der Herr Autor d. §.
XI. p. 23. in denen Worten: Ratio igitur, cur pa-
ctum de emendo nullam actionem pariat, est, quod ob deficien-
tiam determinati pretii nihil adsit, quod sibi adiudicari, quis
petere possit. Quia igitur certum actionis obiectum deficit, illa
inanis esse dicitur. Quodsi uero iam conuertamur ad pactum
de futuris sponsalibus, longe aliud dicendum; Ibi enim pe-
titio est certa, imprimis intuitu obiecti etc. den Unters-
scheid unter dem Ja, Wort und dem pacto de emendo an-
deuten wollen / hat er / (welches billig zu verwundern)
nicht gemercket / daß dieses assertum falsch sey / indem
ia auch in pacto de emendo ein gewisses obiectum verhan-
den / (z. E. ein gewisses Haus / Garten / oder Vor-
werk ic.) welches so wohl der angegebene Käufer zu
kauffen / als der Verkäufer zu verkaufen / gesonnen.
Manifestum est, ludi hic uocabulo obiecti. Dicitum
fuerat, ex pacto de emendo uendendo, actionem pro-
pterea institui non posse, quia certum obiectum, ad
quod illa dirigatur, deficit. Hoc enim, si actio cum
effectu institui debeat, consistit in re, pro certo pre-
tio uendita. Ergo obiectum emtionis uenditionis
sunt res, et pretium. Haec duo se inuicem, tanquam
correlata, quorum alterum sine altero esse non potest,
respiciunt. Tale obiectum, scil. res, pro certo pretio
uendita, quoniam in simplici pacto de emendo, defi-
cit,

cit, alter, contra alterum, cum fructu, experiri nequit. Contra ea, in pacto sponsalicio des *Ja: Wortis* / omnia, quae ad substantiam sponsaliorum requiruntur, concurrunt; Vir nempe, et foemina; quarum personarum altera alteri matrimonium promissit. Habet igitur hic actio certum obiectum, scil. matrimonium, quod promissum est, adimplendum. Vtriusque paciscentis consensus hic circa idem obiectum concurrat; adeoque nihil deest, quod ad formam et essentiam sponsaliorum pertineat. Talis uero certitudo obiecti, ubi in actione, ex pacto de emendo, cernitur? Regerit *Dn. Dissentiens*, hic adesse certum obiectum, scil. domum, hortum, etc. Quasi uero concludens, nec potius inepta esset actio, per quam simpliciter domus, uel hortus, peteretur. Non aliter actioni locus est, quam quatenus petitur res, pro certo pretio uendita. Namque determinatio pretii, simul de substantia obiecti est; alias obstat exceptio generalis et inepti libelli, si petatur res, nec simul pretii certi mentio fiat. Cum igitur, in pacto des *Ja: Wortis* / statim certum sit obiectum, quod constituunt personae, quae matrimonium sibi pure promiserunt, altera pars, aduersus alteram fundatam, ut uulgo loqui amant, intentionem habet, ut, sicut vir contra foeminam, ita, haec contra illum agere queat. Nisi aliud expresse actum, nihil amplius, ad ualidam obligationem contrahendam, requiritur. Ex pacto autem de emendo propterea agi nequit, quia nondum adest consensus in rem et pretium; quod utrumque, obiectum emtionis uenditionis, constituit. Actio emti, ad rem tradendam, actio uenditi ad pretium, conuentione definitum, soluendum,

dum, datur. Quis igitur dixerit, in pacto de emendo, iam certum actionis obiectum adesse, quamdiu pretium determinatum haud est? In contractu, seu negotio, bilaterali, nunquam obiectum certum est, quam ubi uterque paciscentium certum quid petere potest. Igitur merito cuius ludibrium debet actor, si, ex pacto de emendo, domum petat, neget autem, reo aduersus se petitionem certi pretii competere, sed de hoc demum conueniendum esse. Pactum, de emendo, non intelligitur, nisi ut simul sit pactum de uendendo; adeoque duplex eius obiectum est, res et pretium; utrumque certum esse debet, ut actioni cum effectu locus sit. Haec autem certitudo tamdiu deficit, quoad consensus, in rem et pretium, deest.

§. XXVII.

Ad ducta quoque alia differentia fuerat, quam haud necessariam fuisse, *Dn. Autor* his uerbis iudicat: *Bey diesen Umständen nun hätte der Herr Autor der Wittenbergischen disputation nicht von nöthen gehabt, noch einen neuen Unterscheid inter pactum de emendo, und unter dem Ja = Wort zu zeigen. Qui pactum de emendo, spricht er §. XII. inuit ad traditionem rei agere nequit, nisi contractus emtionis uenditionis intercesserit, adeoque nouus consensus requiritur. Contra post pactum sponsalium, de quo in praesens agitur, wenn das Ja = Wort verhanden, statim ad nuptias, si paribus na uideatur, procedi potest. Cum sponsalia intermedia non nisi solemnitate causa fiant, et nihil eorum, quae, post pactum de futuris sponsalibus, ante nuptias, peragenda sunt, ad matrimonii essentiam pertineat. Quamobrem satis perspicue fides coniugalis*

galis hoc ipso promissa intelligitur, dum quis coniugium cum foemina ambit, et haec, summo spatio deliberandi, postea consentit. Non uideo sane, quomodo evidentius, super ipso matrimonio, pactum iniri queat. Vir, uel ipse, uel per alium desiderium suum exponit, quod matrimonium cum foemina contrahere uelit; Er begehrt sie zur Ehe; haec eiusque parentes consentiunt, sie geben das Ja = Wort von sich/ daß er sie zur Ehe bekommen solle. In hoc sane regulariter omne pactum, quod, das Ja = Wort/ uocatur, pure et sine conditione initum, consistit. Et uero haec utique luculentissima ipsius matrimonii promissio est. Uterior declaratio omnis superflua, et, si accesserit, non nisi priorum confirmat, eiusdemque solemnem repetitio est. Addit, multa esse, quae circa hunc paragraphum moneri debeant. Expendamus haec monita, ut, quid in recessu habeant, ad oculum patefeat. Ait: (1.) *repetire ich / was ich im vorigen paragrapho gesaht / daß die Exempel und Gleichnisse nicht in allen Stücken mit denen verglichenen Sachen übereinstimmen müssen.* Bene. Sed ostensum, hoc simile, ad rem praesentem, plane non quadrare, adeoque reuera simile haud esse; cum in pactis sponsalitiis omnia adint, ad contrahendam obligationem per se necessaria; quae contra in pacto de emendo deficiant. Igitur tertium comparationis, quod dissentientes intendunt, hic non datur. Pergit (2.) hätte der Herr Autor aus meiner disputation, und aus der Nota l.) ad S. 7. p. 19. gar leichtlich abnehmen sollen / daß ich in diesem Stücke in etwas mit ihm einig wäre / wenn ich das selbst gesetzt: *Moribus nostris uariae circumstantiae occurrere possunt, ut sponsus et sponsa, si iam notitiam mutuaem animo-*

animorum habeant etc. absque talibus pactis praecedentibus, statim sponsalia celebrent, futuris nuptiis consummanda; aut ut post pacta nostra et conventionem de dote, absque sponsalibus solemnibus praecedentibus, statim transcant ad denunciacionem publicam, et benedictionem sacerdotalem. Enimvero de hoc nulla est quaestio, utrum partes, quae iam notitiam mutuum animorum habent, statim progredi ad sponsalia queant, sed, annon hoc ipso se inuicem obligare, et fidem, de futuro coniugio; ultro citroque dare censeantur, dum, pactum des Ja = Wortes / pure et simpliciter ineunt. Tertium monitum ita instruit Dn. Autor: (3.) Ist offenbahr / und handgreiflich falsch / quod per ambitum coniugii et subsequutum consensum foeminae, (wenn der Bräutigam sagt / er begehre sie zur Ehe / und die Braut das Ja = Wort giebt / daß er sie zur Ehe bekommen solle /) hoc ipso fides coniugalis promissa intelligatur. Audiamus, quo argumento haec veritas impugnetur. Denn / ait, es kömmt mir eben vor / als wenn Titius, der sich gegen Caius erkläret hätte / er wolle Caii Haus kauffen / wenn es ihm Caius für andern lassen wolle / und Caius sagte Ja / er solte es haben; sie könniten aber hernach wegen des Werths oder Kauff = Geldes nicht einig werden / den Caium forciren wollte / er müße ihm das Haus für den Preis / den er Caius darauf geborthen / lassen / weil er ihm einmahl das Ja = Wort gegeben hätte / daß er ihm das Haus für einen billigen Preis lassen wolle / und er Titius hätte ihm einen Preis darauf geborthen / der allerdings billig wäre u. s. w. Videmus, quomodo dissentientes perpetuo ad hoc exemplum pacti de emendo, tanquam

quam ad sacram anchoram, recurrunt, in eoque praecipuum causae, quam defendunt, momentum constituunt; quod tamen prorsus a scopo alienum esse, satis, puto, demonstratum dedimus. Nam qui declarat alteri, quod eius domum emere velit, si hic se illam uenditurum, uicissim declaret, nondum petere potest, ut sibi domum tradat, nec alter, ut is pretium sibi soluat; quia nondum utrinque certum obiectum adest, scil. ab una parte res, ab altera determinatum pretium. Sed ubi quis declarat, se foeminam in matrimonium expetere, et haec illi annuit, quod regulariter in omni pacto des *Ja = Worts* fieri solet, nihil superest, quam ut ad festiuitatem sponsalitiã, uel, hac omiſſa, statim ad proclamationem et copulam sacerdotalem procedatur. Noua obligatione, nouo contractu, ut in pacto de emendo, opus haud est. In pactis sponsalitiis omnia paciscentes offerunt, quae ad efficacem obligationem, et actionem, producendam, necessaria sunt. Quod longe aliter se in pacto de emendo habet.

§. XXVIII.

Sed quid opus est plura? *Ill. Vir*, in §. *ult. Responſionum suarum*, sententiam ipse mutasse, et nostram haud obscure amplexus esse, uidetur. Nam, priscis quidem temporibus, huiusmodi tractatus, quos in pacto des *Ja = Worts* inesse supponit, usum habuisse, putat, sed hodie, propter conuersationem, inter utriusque sexus personas, magis frequentem, eo discrimine, inter pactum des *Ja = Worts* et ipsa sponsalia, non amplius opus esse, concedit; imo optat, ut illud, publica lege, uel consuetudine uniuersali,

uersali, omnino tollatur. Ne uero quicquam, contra mentem, atque intentionem, dixisse uidear, ipsa Eius uerba audiamus. In übrigen, *inquit*, würde der Herr Autor der Wittenbergischen *disputation* wohl gethan haben / wenn er den Unterscheid der alten und neuen Gebräuche oder Sitten / so wohl der Teutschen / als anderer Europäischer / Völker wohl betrachtete hätte / denn daraus würde er zur Gnüge erkannt haben / warum / für etlichen *seculis*, und sonderlich für der *Reformation*, das Ja-Wort / oder *pactum de futuris sponsalibus*, nöthig gewesen / und von denen *sponsalibus de praesenti*, oder Verlöbnißen / hätte dergestalt unterschieden werden müssen / und zwar / daß das Ja-Wort zu denen Classen vorgehender *tractaten* gerechnet werden müssen / die Verlöbniße aber erst den Ehe-Contract zu seiner *perfection* gebracht / und die vorhergehenden Ehe-Contracten bekräftiget hätte. At enim uero nondum *Dn. Autor* probauit, quo tempore hoc discrimen coeperit, et num illa, quam supponit, intentio, ueterum Germanorum, in eo introducendo, fuerit. Coniecturam allatam probabilem haud esse, ostendunt plurima incommoda, quibus, imprimis foeminas, huiusmodi tractatus exponunt. Nam et lex deficit, qua hoc discrimen stabilitur, nec consuetudo, quae huiusmodi pacta inter nudos tractatus reterat, ostendi potest. Pergit: Heut zu Tage aber / fürnemlich unter denen Teutschen / die der *Protestantischen Religion* zugethan wären / dergleichen Unterscheid nicht mehr nöthig sey. Fateamur itaque, quod res est, hodie nempe pacta spon-

sponsalitia, ab ipsis sponsalibus, intuitu uinculi, haud differre, sed ualidam matrimonii promissionem complecti; quicquid tandem de moribus ueterum Germanorum sit; quibus tamen, quo minus uim obligandi huiusmodi pactis detraherent, neque adeo discrimen reale, inter haec, et ipsa sponsalia, constituerent, eadem obstacula et incommoda, quae nunc se offerunt, et quae late persecuti sumus, se obiecisse uidentur; ut proinde persistam in ea, quam superioris exposui, coniectura, quod, festiuitatis solennis causa, simplex pactum des *Ja: Worts* praecedere, et, interiecto aliquo temporis intervallo, solennem, fidei iam datae, repetitionem, accedente, pro cuiusque facultatibus, modico, uel lautiori, conuiuio, celebrari, uoluerint; idemque mos ab antiquissimis temporibus, ita, ut initii nulla extet memoria, ad nos propagatus, deriuatusque sit.

§. XXIX.

Vnde non opus est peculiari lege, qua discrimen hoc, inter pacta sponsalitia, et ipsa sponsalia, abrogetur, ut optat *Dn. Autor*; *Daß derselbe Unterschied durch öffentliche Gesetze / oder durch allgemeyne Gewohnheit / ohne Widerspruch der Geistlichkeit / bey uns abgeschaffet würde.* Nunquam enim, inter utraque, discrimen in effectu fuit; aut, si fuit, quod tamen non damus, iamdudum illud, contrario usu, exoleuisse, et pactum des *Ja: Worts* obligatorium hodie esse, nemo negare potest; et, si negare persistat, uel sola praxi, in Consistoriis, praesertim Prote-

stantium,

stantium, recepta, imo quotidiano usu, refelli potest. Saltem ita liquido agnoscit *Dn. Autor*, non suadendam esse legem, qua matrimonia, sine praecedentibus tractatibus, contracta, ipso iure nulla atque inualida censerī debeant; quod tamen, uelut salubre et necessarium, consilium, in *Disp. sua*, Principibus suggestit. Ita enim ibi, §. 3. *lit. m.* expresse loquitur: *Huic incommodo uero praecaueri potest, si cauti tractatus praecedant. Quod si id negligatur, ex duobus mediis unum erit eligendum, uel ut permittatur diuortium, siue bona, siue mala, alterius gratia, cum poena perpetui consortii, cum extreme stulta aut improba, nullam habeat proportionem cum commissa imprudentia neglectorum tractatum; uel ut matrimonia, neglectis tractatibus praecedentibus, sint ipso iure nulla; At prius, ex hyperbasi Doctorum, non potest Princeps, Ergo remanet posterius. Q. E. D. Vult, uel diuortiorum licentiam in usum postliminio quasi reuocandam, uel matrimonia, propter neglectos tractatus, irrita declaranda esse. Nunc uero, satius esse, docet, memoratum discrimen eliminari prorsus e Rep. et proscribi; idque eo facilius largiri possumus, quod, illud, uel nunquam extitisse, uel dudum in effectu neglectum, et exterminatum fuisse, palam sit. Ceterum non intelligo, qualis contradictio hic a Clericis metuenda sit. Quid enim eorum interest, utrum statim sponsalia celebrentur, an pactum des *Ja. Wortz* antecedit? Ne nunc quidem curant, aut se opponunt, quando, sine ambagibus, personae statim ad solennia sponsalia procedunt.*

§. XXX.

Insequitur *III. Autor*: Das Papstthum herrschte zur Zeit des eingeführten Unterscheidts unter dem Ja- Wort/ und der Verlöbniß, bey allen Nationen der Christenheit. Sed nondum ostensum tempus, quo hoc discrimen inualuerit. Nec apparet, quid papatus ad hoc conferre debeat. Nam hodie non minus, quam in medio papatu, matrimonium, propter Legem Diuinam, pro indissolubili habetur, ut supra monitum. Additur: Sonderlich aber in Italien und Spanien. Die Italiäner und Spanier sind/ wie bekandt / (auch noch heute zu Tage andere nationen) der *jaloufie* und *Eyfferucht* ergeben / und ließen also ihre Weiber andern Manns: Personen / ordentlich und öffentlich nicht sehen / vielweniger mit denenselben *conuersiren*. Ihre Töchter wurden auf gleiche Weise auferzogen. Es waren dannhero keine tägliche *assembleen* unter dem Frauenzimmer gebräuchlich / geschweige denn / daß Manns: Personen in denenselben sich hätten befinden sollen. Die *Thee-Coffee- und Choccolade-Compagnien* / die *Charten*: und *Bret*: *Spiele* / waren auch nicht gewöhnlich / vielweniger *mascaraden*. Quid uero attinet, hoc loco mores Italorum et Hispanorum commemorari, cum nobis de Germanorum moribus, et iure, quo in causis matrimonialibus utuntur, sermo sit. Imo, apud illos quoque, uel talia pacta non frequentantur, uel certe perinde, ut apud nos, obligatoria sunt, nec poenitentiam, sine iusta causa, admittunt.

§. XXXI.

§. XXXI.

Facile autem ad stipulari possumus *Dn. Auroi*, cum ait:
 Ich glaube auch gänglich / daß zur selbigen Zeit /
 da noch alles bitter Päpstlich war / auch in Frankreich /
 Engelland / fürnemlich aber in Teutschland / dergleichen
 Mangel der *conversations* beyderley Geschlechts ge-
 bräuchlich war / obgleich diese *nationes* schon damahls der
jalouise nicht so sehr ergeben waren / als die *Italiäner*
 und *Spanier*. Nach der *Reformation* blieben diese Sit-
 ten bis zu unsern Zeiten / ob sie gleich nach und nach
 sich anfangen zu verlihren. Ich besinne mich noch selbst/
 daß vor 60. Jahren / in der schon damahls für andern
galanten und *orthodoxen* Stadt *Leipzig* / die heutigen *con-*
versations mit Weibern und Jungfern nicht gebräuch-
 lich waren. Sed quando loquor: Weil nun der Ehe-
Contract eine solche Verbündlichkeit mit sich führet / die
 auch nicht durch beyder Personen *consens* kan wieder
 aufgehoben werden / so erforderten es nicht nur die all-
 gemeinen Regeln gesunder Vernunft / sondern auch
 die kleinen *reliquien* davon im *Papstthum* / daß die Per-
 sonen / so einander zu heyrathen gesonnen / vermittelst
 des Ja: Worts / einen nähern Zugang gewonnen / mit
 einander näher / als sonst gewöhnlich / zu *conversiren* / und
 bey diesem Umgang gleich gewahr zu werden / ob bey-
 derseits Sitten dergestalt beschaffen wären / daß sie sich
 zu einer unaufstößlichen Gesellschaft schickten / in gleichen/
 ob und auf was Weise / vor der *Verlöbniß* / oder völligen
 Zusage / wegen des Mit: Giffts / und zukünftiger Erb-
 schaffe / Ehe: Stiftungen zu machen wären. Solcher

Gestalt aber mußte das Ja = Wort nothwendig unter bloße *tractaten* gerechnet werden / id non usque quaque admitti, aut concedi potest. Cur enim non alii populi, apud quos rarior adhuc, cum sexu elegantiori, quam inter Germanos, conuersatio, et quos ipse *Dn. Autor* nominat, puta, Itali, et Hispani, qui prudentia sane, et rationis usu, nihil Teutonibus concedunt, non perinde tale, quale supponitur, pactum, quod obligatorium haud sit, excogitarunt, aut introduxerunt? Quo magis tale pactum forte optandum erat uiris, eo magis contra foeminas, earumque parentes, ab eo, tanquam nimis sibi periculoso, abhorruisse, in aprico est; adeoque huiusmodi pacta, ubique terrarum, ubi in usu fuerunt, aut hodiernum sunt, semper ualidam obligationem et actionem produxisse, uidentur.

§. XXXII.


De moribus uero hodiernis ita differit *III. Autor*: Heute zu Tage aber sind die Sitten gang anders / und die *conuersationes* beyderley Geschlechts viel freyer und weniger eingeschräncket / als damahls / auch bey denen Catholischen. Vermuthlich ist der Ursprung dieser Freyheit der Französischen nation zuzuschreiben / und halte ich dafür / daß / obschon die Zealtäner und Spanier ihr eyfferächtiges naturell nicht gänglich abgelegt / dennoch auch heut zu Tage daselbst mehrere Freyheit mit Frauenzimmer zu *conuersiren* / als vor diesem / ja gar auch (besage der täglichen Zeitungen von Rom / Venedig u.) die *Masqueraden* aus Franck:

Frankreich dahin gebracht worden. Ja / weil die
 protestirenden Teutschen / in dem letzten *Seculo*, mehr
 nach Frankreich / als nach Italien / zu reisen gewoh-
 net / so hat auch bey denenselben die Freyheit der *Af-
 sembleen*, der Spiele / der *Thee- und Coffee- Compagnien*-
 / und mit einem Wort / der *Conuersation* beyder-
 ley Geschlechts / täglich mehr und mehr zugenommen /
 dergestalt / daß ordentlicher Weise ein Junggeselle /
 oder auch ein Wittwer / der zu beyrathen gesonnen /
 in dergleichen / auch wenigen / Zusammenkünften /
 die Sitten seiner zukünftigen Liebste / (und diese
 dergleichen die *Seinigen* /) viel eher / und wenn er
 vernünftig ist / viel unbetrüglicher / wahrnehmen kan /
 als vor diesem / nach erhaltenen Ja - Wort. Will
 man auch Ehe - Stiftungen machen / so kan als-
 dann / wenn man auch ohne vorhergehendes *solemnis*
 Ja - Wort einander versichert ist / vor der Verlöbniß
 dieselbe durch Mittels - Personen verkertigen lassen /
 und daraut alsobald öffentlich Verlöbniß halten / oder
 auch / ohne dasselbe / sich gleich öffentlich aufbiehen und
 trauen lassen. *Quae omnia sententiam nostram a-
 perte confirmant, quod, saltem hodie, pactum des*
Ja - Wortis obligatorium sit, neque nudorum tra-
ctatum loco haberi debeat; cum fateatur III. Vir,
rationes, propter quas illud introductum, atque a
sponsalibus distinctum fuerit, apud nos cessare.
Quia igitur, quod ad praxin et usum, nobiscum
iam sentit, inutile fuerit, super prima discriminis
illius origine coniecturis certari, cum semper labor,
 qui

qui, in illa indaganda, consumitur, frustraneus futurus sit, praesertim cum nihil certi hic reperiri, ac demonstrari, possit. Quo ipso etiam definitio memoratorum pactorum, prout hodie in usu sunt, a nobis data, quod nempe, ab ipsis sponsalibus, non ratione uinculi, sed solum, intuitu solennis et festivae repetitionis, differant, plenissimum robur accipit, nec amplius in dubium uocari potest.

F I N I S.





ULB Halle

3

004 057 635



f

Sb.







E. 22. num. 10a
30
1726
21

DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA

SENTENTIAM

DE

OBLIGATIONE

EX PACTO SPONSALITIO

QVOD VVLGO

P. 389
Ha=Sort

VOCATVR

PRAESIDE



IO. BALTHAS. WERNHERO, D.

POTENTISSIMO POLONIARVM REGI
ET ELECT. SAX. A CONSILII AVLAE ATQVE IVSTITIAE
FAC. IVRID. ORDINARIO, ET DECRETAL.
P. P. ETC.

PRO LICENTIA

SVMOS IN VTROQVE IVRE HONORES
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA

CAPESSENDI

D. XXIX. NOV. M DCC XXVI.

IN AVDITORIO MAIORI

HORIS ANTE ET POMERIDIANIS
ADVERSVS NOVAS OBIECTIONES

DEFENDET

IO. FRIDER. CLEMENT

ADVOCATVS IMMATRICVLATVS.

WITTENBERGAE LITERIS VIDVAE GERDESIAE.

